

seqq. 1. tē etiam prosequitur Scaccia de appell. quest. 17. 57 limit. 47. memb. 1. à num. 12. ubi etiam quod appellatio in uno articulo, non suspendit jurisdictionem in tota causa, sed duntaxat in illo articulo, nec afficit tertium, ut vulgare est per Doctores, & sic etiam in casu quo loquuntur Doctores citati, non impeditur devolutio, & casu quo esset vera eorum resolutio, nihil adhuc detraheret nostræ principali doctrinæ, & opinioni, tot 58 jurium dispositione comprobata, & Odral. ubi supra nihil facit ad propositum Paul. Castr. autem elegantissimè loquitur, & interminis de quibus nos in modò adscripta limitatione dicens, quod collatio f. & ab Episcopo jure devolutionis, eo quod præsentaverat Ab. quandam indignam, & non legitimam ætatis, & postquam facta appellatione pendente per Abbatem, & præsentatum interposita; dicitur attentata, cum f. & fuerit anteaquam de incapacitate, tanquam causa devolutionis, apeareret, cum contrarium allegaretur ex adverso, & ideo non solum Paul. de Castro, sed ceteri alii Doctores in hoc sensu accepti, favent nostræ doctrinæ, & limitationi, & ad hos terminos nostræ limitationis reducendi sunt, ne redargui possint loqui contra jura expressa. 59 Et hinc est, quod se fundans in devolutione, eam tenetur probare sufficienter, Rebuff. in prax. tit. de devolutio. num. 12. & ita fuisse determinatum per Rotam, cujus decisionē refert literaliter, testatur Nicol. Garcia d. cap. 2. num. 37. tenet Puteus decis. 148. lib. 1. Moheda. 60 decis. 160. quæ est 4 de probation. cum tempus a jure præfixum ad providendum collatori, seu Episcopo, non numeratur, nec incipit currere à tempore vacationis beneficii, sed à tempore scientiæ, & notitiæ, vel à tempore quo scire potuit, vel debuit (ut est Episcopus, qui tenetur visitare singulis annis) teneat Ror. 61 decis. 7. de præbend. in antiquioribus, quæ in antiquis est de jur. patron. aliàs 556. & dec. 6. de jur. patron. in novis aliàs 263. Lopus allegatione 80. aliàs 51. num. 17. & ibi Mandos. l. vera Z. Abb. in c. licet de supplend. negl. prala. num. 3. Felin. in cap. 2. n. 2. de except. Decius conf. 135. in si. Bertach. de Episcopo 1. p. 1. lib. Rochus de Curte verbo honorificum q. 27. n. 57 Lambert. 2. p. 2. lib. q. 1. art. 8. & 3. p. 2. lib. quest. 2. art. Greg. Lopez in l. 8. tit. 16. p. 1. Nicolaus Guino, in Enchiridio beneficiorum tit. 1. cap. 3. sub num. 4. Rebuff. in prax. tit. de devolutio. n. 10. Hieronym. Gabr. conf. 185. lib. 1. Anastas. Germon. de indulg. Cardin. §. volumus n. 62. Mascard. de probation. concl. 878. n. 10. Zerol. in prax. 2. p. verbo devolutio. §. 2. Flores de Menafin pract. quest. quest. 3. n. 8. cum seqq. Cechus de benef. & pensio. cap. 5. num. 5. Befinet. decis. 7. de præbend. Mascard. concl. 626. num. 9. Zerol. ibi §. 8. dub. 2. quemadmodum etiam, & p. tronis datum tempus ad præsentandum sive à jure, sive à fundatore, non currit à die vacationis, sed à die notitiæ ipsius vacationis, ut infinitis adductis probat latè Nicol. Gare de benef. 10. p. c. 2. n. 34 qui & n. 40. per aliquas decisiones probat scientiam aliquorum patronorum, seu electorum non nocere aliis quoad devolutionem, & jus illorum notitiam habentium, conservatur per aliquos ignorantes, & sic ut intret devolutio, omnium scientia debet probari; cum de eorum præjudicio tractetur ut dicit alia decisio adducta per eundem ubi supra cap. 3. sub n. 13. quæ est eleg. ns ad propositum. 65 Et debet intelligi de notitia, & scientia vera, vel præsumpta ipsius vacationis, quæ determinari debet per judicem considerata qualitate beneficii, modo vacationis, longitudine temporis, distantia locorum, & fam. probant Hostiens. & Joan Andr. in c. ex parte de concess. præbend. & ibi Abb. n. 13. & in d. c. quia diversitate n. 17. Ror. decis. 6. de jur. patron. in novis. Roman. consil. 48. Cosmas in p. agm. sanction. tit. de collat. §. item circa verbo presentandum, ad finem. Selva ubi supra. & Lambert. d. 3. p. 2. lib. q. 2. art. 18. à n. 2. Mascard. d. concl.

626. à n. 9. & Zerol. d. §. 8. 1. & 2. dubio Nicol. Garc. ubi supra n. 31. & 34. post princ. & n. 38. quæ faciunt ad ea quæ supra terigimus causa cognita, & cum partis (de cujus præjudicio tractatur) citatione devolutionis provisionem faciendam esse. Et attende, licet quòd tempus præfixum patronis ad præsentandum non currit, si intra illud lis orta inter ipsos & ordinarium Episcopum, illos juris patronatus Ecclesiam esse, hunc liberæ collationis, nec ad eundem sit devolutio, sed potest interim æconomum ponere, quousque lis terminetur. Zerol. post alios in praxi Episcop. 1. p. verb. jus patron. ad quintū ad meum. sequitur Perez de Lara in tractatu de app. lib. 2. c. 9. n. 37 & 38. & est l. 11. tit. 15. p. 1. & ibi Greg. Lopez, & post plures alios optimè Spino gl. 4. n. 2. ubi limitat, & bene nisi aliquis; sive Episcopus, sive patronus sit in quasi possessione, de qua non contenditur, quia tunc statim est facienda provisio, juxta c. consultatio. de jure patr. c. volum. 16. q. 4. Si tamen lis fuerit inter ipsosmet patronos se dicentes, & non concordantes in præsentato, vel quia alter ipsorum prætendit, alium non esse patronum, vel quid simile contendatur: tunc si lis finita non fuerit, nec terminata intra terminum à jure præfixum patronis devolvitur provisio ad Episcopum, qui poterit collationem facere, gl. in c. eam te. jur. patron. & ibi Abb. & Innocent. & idem Abb. in cap. 1. num. 3. & Innocent. n. 2. eodem tit. gl. 1. in c. 2. 16. quest. 7. At b. & omnes in c. cum vos de off. ord. Selva de benef. 2. p. q. 6. n. 4. & in 3. p. quest. 1. n. 9. Lambert. de jur. patr. lib. 2. p. 2. quest. 1. arr. Perez de Lara ubi proximè d. c. 9. sub num. 38. ad fin. Zerol. in d. verb. jus patr. ad quintum. Nicol. Garcia de benef. 3. tom. 10. p. c. 2. num. 19. & alii statim citandi, & sunt jura expressa text. in c. quoniam 3. ibi, & id ipsum etiam faciat, si de jure patronatus questio emerferit inter aliquos, & cui competat, intra quatuor menses non fuerit definitum, & c. text. etiam in c. eam te, ibi, non fuerit controversia terminata, licitum tibi sit de persona idonea ordinare, & c. eodem tit. text. etiam expressus in c. si verò, eod. tit. & etiam est expressa lex Regia 11. tit. 15. p. 1. & hæc collatio intelligitur salvo jure præsentandi in posterum illi, qui jus evicerit patronatus per ultimum calculum sententiæ, ut probant præfati Doctores præcipuè Zerol. Lara, & Lambert., & probant expressè text. in d. c. cum propter, ibi, ita quòd illi ex hoc non debeat in posterum præjudicium generari, qui jus evicerit patronatus, & c. text. in c. 2. de supplend. negl. pral. ibi ita tamen quòd ex hoc nullum patronis præjudicium in posterum generetur: reservatur etiam patrono vincenti, ut lite finita possit repræsentare jam institutum ab Episcopo jure devolutio juris sui conservandi causa, ut principium habeat quasi possessio illius, tradunt Lamber. de jur. patr. lib. 2. p. 2. q. 1. in prin. art. 9. n. 6. Lara de anni. lib. 2. c. 9. n. 39. & facit d. l. 11. tit. 15. p. 1. & etiam est text. expressus in d. c. si verò, ibi, ita quòd repræsentetur ab eo, qui jus evicerit patronatus, & c. ubi gl. & Doctores. Et an, & quando devolutioni juris patronatus locus sit, variis causis monstratur, ubi sex elegantissimi casus distinguntur, totam materiam, & difficultates absolventes, ponit Rotæ decisio 586. per totam. in noviss. recollet. per Farinac. 1. p. quam per te omnino vide, quia fortè casum, quem quæris invenies, & optimè Mascot. var. res. lib. 6. Ricc. in prax. Eccles. juris patr. decis. 188. per totam. fol. 180. Unum tamen notabile non omitam, quòd licet ita sit in patronis tot juribus dispositum, ut durante lite inter ipsos ultra tempus præfixum, provisio Ecclesie Episcopo devolvatur: tamen hoc non procedit in electione, aut collatione, quia durante lite super jure conferendi, seu eligendi, non currit tempus litigationis, nec ex hoc capite causatur devolutio, ita hæc differentiam

differentiam fecere Feder. de Senis consil. 232. Rebuff. in concord. tit. de regia adpralaturarum nominationes. 1. verb. intra sex menses. Lambert. 2. p. lib. 2. q. 1. art. 2. Berojus in c. quoniam de jur. patr. n. 42. & Flores de Men. quæstion. pract. q. 3. n. 33. & 34. Nicol. Garc. de benef. 10. part. cap. 2. n. 19. quia illis impeditis, sive impementum sit juris, sive facti, non currit tempus. Abb. in c. quia diversi aetate n. 3. de concess. præbend. Cosmas in pract. sanct. tit. de collatio §. item circa verbo tempus. Selva de benef. 3. p. q. 59. Rebuff. tit. de devolutio à n. 10. Rochus de Cur. de n. patr. verb. honorificum q. 28. n. 58. Mandagat. in tract. de election. novorum pralatorum 1. p. cap. 2. & 2. & ibi Boëtius, & Petr. de Bavisio in directorio el. Henr. n. 3. part. cap. 42. Joan. Guier. can. quæst. lib. 1. cap. 28. Flores de Men. d. q. 3. n. 4. & supra Zerol. in prax. verb. jus patron. §. 8. 1. dub. & legitimum impedimento stante, etiam excusat patrono, ut non currat ei tempus, ut ipse Zerol. ibi post alios & optimè Spino de rest. gloss. 4. n. 23. & 24. quod est intelligendum, non de impedimento litis, cum patronis non excuset ex supradictis. 77 Quid autem sit dicendum in provisionibus, seu electionibus canonicatum Doctoralis, & Magistralis: an eorum provisio debeat fieri intra sex menses, ita ut aliàs devolvatur ad superiorem, & Nicol. Garc. ubi proximè 5. part. cap. 4. n. 22. cum a nob. seqq. tenet devolutionem causari ad tradita per Anastasium Germonium de indulg. Cardinalium. §. volumus num. 56. maxime cum provideantur autoritate ordinaria, tamen ut superior ad quem sit devolutio, non teneatur ponere electum, nec facere concursum: quia ista forma datur duntaxat Episcopo, & capitulo: sed an verum sit statim dicam in fin. hujus cap. ubi etiam an ad Episcopum fiat hæc devolutio. 78 Et devolutio etiam causatur, ubi patronus sive Ecclesiasticus, sive laicus præsentavit indignum, inhabilem, vel incapacem. Rot. decis. 5. de jur. patron. in novis. Abb. n. 5. & 6. & ibi additio, & alii DD. in cap. cum vos de off. ordin. Rochus de Cur. de jur. patr. verb. honorificum n. 16. Lambert. eod. tract. 1. p. 2. lib. quest. 10. art. 4. & iterum 3. p. lib. 2. quest. 2. art. 2. n. 27. Probos ad Monachum in c. si tibi absenti, de præb. in 6. n. 53. Crescent. decis. 1. de jur. part. Padil in l. cum quidam n. 17. ff. de legat. 2. Quintana de ven. ecclesiasticorum. lib. 1. cap. 7. num. 10. Agid. Ballamer. decis. Rotali 172. incipit, collatio facta fuit regula. cancell. 42. de commend. Felin. in cap. cum nostran. 44. vers. 8. nota Hieron. Gonz. in regul. de men. gloss. 8. n. 40. & 41. & est decisio Rotæ adducta per Nicolaum Garciam 7. p. cap. 1. n. 65. ubi hanc opinionem sequitur, & in 1. tom. 5. p. cap. 9. n. 249. & idem optimè in 2. tom. 10. p. c. 3. n. 4. & 5. contra alios dicentes non procedere in patronis l. i. is. 79 Et generaliter ubi confertur, vel eligatur indignus, incapax vel alias inhabilis, cap. cum in cunctis §. fin. de electione, ubi Doctores & cap. scriptum vers. si verè, eodem tit. cap. si compromissarius de electione l. 9. Corral. in tract. de benef. 1. p. cap. 7. n. 11. Cechus in tract. de benef. & pensio. c. 5. n. 5. Nicol. Garcia ubi proximè d. cap. 9. n. 2. ubi n. 3. adducit elegantem Rotæ decisionem, an ordinarius qui confert, teneatur inquirere, ubi dicitur debere scire conditionem ejus, cui confert. Notandum est insuper, ut devolutio beneficii propter negligentiam non providendum infra tempus à jure statum, sit ad superiores gradatim, text. est in c. licet de supplenda negligentia pral. c. 2. de concess. præbend. & ibi latè DD. Corral. de benef. 1. n. d. cap. 7. n. 8. & 4. q. cap. 1. n. 11. Caldas Pereyra respons. 3. n. 2. Azor. instit. moralium 2. part. l. 6. cap. 27. & alibi passim per DD. & ad quos in electionibus devolutio fiat, & quemadmodum intelligatur vide Abbatem in cap. cum in cunctis §. fin. de electione. Doctores in cap. quanquam de electione in 6. Rebuff. in tit. de devolutio. n. 17. & idem. in reprobatione cap. 2. de concess. præbend. circa fin. vers. quartò

queritur, & in concord. tit. de collatione. §. si quis verò verb. immediatum Paul. de Citad. 6. p. art. 3. quest. 26. n. 4. Petr. Greg. de benef. cap. 39. n. 21. Zerola 1. part. verb. beneficiis, §. 2. 2. fall. Cechus de benef. c. 5. n. 5. Azor. ubi proximè, quos vide & quemadmodum devolutio fit tam de capitulo ad Episcopum, quam de Episcopo ad capitulum, & in quibus casibus, vidè Nicol. Garc. de benef. 10. p. cap. 3. n. 33. cum seqq. Sed itat diffinitas, an in collatione Parochialium f. & a jure devolutivo forma examinis, quæ coram inferiori requiritur, servari debeat, in quo videtur dicendum, non requiri, imò duntaxat locum habeat, quando jure ordinario Parochialis confertur, vel instituitur, ex his quæ dicit Nicol. Garc. de benef. 5. p. cap. 9. num. 22. 2. volatis ad superiorem, ob non eorum factam electionem intra sex menses à jure statutos, non requiritur forma concursus, quia hæc duntaxat apposita videtur Episcopo, & capitulo. Sed nihilominus contrarium verius est de iure, tum quia (ut supra diximus) ad principium incant beneficio, & ad superiorem devolvitur cum eisdem qualitatibus, cum quibus inferior providere tenebatur, Guier. conf. 2. n. 15. Achil. decis. 13. de jur. patr. Hieron. Gonz. in regul. de mens. gl. 46. n. 33. quia natura beneficii mutari non debet. Cephal. consil. 358. n. 8. col. 3. Gab. conf. 185. n. 2. & superior, ad quem est devolutum, debet providere habenti qualitates à fundatore requisitas, ut plures referens tradit Perez de Lara de anni. & Capell. cap. 10. n. 27. Et in terminis ita censuit Sancta Congregatio Concilii 29. Junii anno 1600. quæ est decisio 261. inter novissimas recolletas per Farinac. p. in hæc verba; Congregatio Concilii censuit, in collatione Parochialium, quæ jure devolutivo conferuntur, servandam esse formam examinis per concursum quia patronus non laeditur. Et quia sublato obstaculo præsentationis, & juris patroni illa vice exclusi, res cedit ad ordinarii potestatem. Hactenus de decisione, quæ est ponderanda, ut loquatur etiam in Parochialibus juris patronatus laicorum, in quibus S. Concilium Tridentinum non habet locum concursus, quando providentur ad eorum præsentationem per ordinarium: & sic evidenter convincitur Garcia ubi proximè, quia etiam ubi non requiritur examen per concursum ex aliquo impedimento, sicut in terminis dictæ decisionis: coram inferiori, requiritur coram superiori, ad quem provisio devolvitur.

CAPUT XII.

A sententia lata in remedio adipiscendæ ex l. fin. c. de edicto D. Adriani, alifve quibusvis possessoriis remediis: an, & quando iudex Ecclesiasticus vim faciat, appellationi non deferens, & quid à sententia continente mixturam.

SUMMARIUM.

- 1 Possessorium judicium duplex est, aliud summarium seu summarissimum, aliud ordinarium seu plenarium.
2 Possessorium summarium est preparatorium judicio ordinario possessorio.
3 Possessorium summarium cum sit momentaneum aptissime exigat summariam cognitionem non libellu, nisi contestatione, conclusionè, aut diffinitivam sententiã. Possessorii summarii natura, & effectus, quando proponatur, & quod duret, ibid. breviter tamen.
4 & 8. Possessorii summarii ad materiam qui sint videndâ

- 9 Possessorio summarissimo, quod est iudicis officium: nullus requiritur ordo judicialis. Quod procedit in summarissimo, recuperanda, adipiscendo, aut retinenda possessionis, ibi. & num. seqq.
10 Possessoria omnia remedia ordinaria habent remedium summarissimum ex iudicis officio.
11 Possessorium ordinarium quando locum habeat, & in eo quomodo procedatur, & de eius effectibus & natura breviter explanatur.
12 Possessorium summarissimum ab ordinario & plebano quantum distet, & que in utroque requirantur remissive.
13 Possessorium remedium ex l. fin. C. de edicto D. Adr. summarissime proceditur.
14 Quod intelligitur respectu omnium personarum, quae eo remedio potiri possunt.
15 Carboniani edicti remedio proceditur summarie.
16 Possessorium remedium a muliere ventris nomine summarie tractatur.
17 Possessorium remedium ex Salviano interdicto summarie agitur.
18 Possessoria remedia semiplenam probationem requirere tantum, qui defendant.
19 Possessoria remedia plenariam & legitimam probationem requirere, qui defendunt.
20 Possessorium summarium seu summarissimum requirit semiplenam & levem probationem.
21 Possessoria adipiscende, aut Salviani, & l. fin. C. de edicto D. Adr. licet quoad ordinem procedatur summarie, plenam tamen requirunt probationem.
22 Heres ad hoc ut ex testamento militis in possessionem mittatur, requiritur plena probatio.
23 Possessorium iudicium licet requiratur plenam & perfectam probationem, non desinit esse summarium.
24 Summarium quando est iudicium, seu executivum, omnes eius articuli sunt summarissimi, seu executivi, & pariter procedendum est.
25 Guarantigato instrumento si sit procedendum summarie, pariter erit procedendum summarie in hypothecaria nota ratione debiti.
26 Argumentum non est bonum; in iudicio summario requiritur plus probationis, ergo iudicium efficitur plenum, ut contra Sarmiento.
27 Appellatio non admittitur a sententia lata super iudicio merè possessorio adipiscende, retinende, aut recuperande, iure civili.
28 Possessorii meri sententia affert modicum prejudicium, cuius gravamen reparatur per diffinitivam.
29 Appellatio non admittitur a possessorio summario.
30 Appellari non potest ab omni iudicio possessorio tã adipiscende & retinende, quam recuperande possessionis.
31 L. unica, C. si de nomen poss. verba interpretantur, & ponderantur, & seqq.
32 Possessorii meri sententia parat modicum prejudicium & illud reparabile de facili in iudicio petitorio.
33 Possessio momentanea quare dicta.
34 A possessorio adipiscende ex l. fin. C. de edicto D. Adr. & eius sententia lata in favorem utentis illo remedio appellationi non est deferendum.
35 Testatoris voluntas celerem executorem desiderat.
36 & 38. A sententia in interdicto quorum bonorum appellatio non admittitur.
37 Statutum simpliciter permittens appellare in causis possessorii non intelligitur in sententia, de mittendo herede scripto in possessionem.
38 Interdictum quorum bonorum non admittit appellationem suspensivam.
39 Quorum legatorum interdictum non admittit appellationem.
40 Appellatio in non datur in remedio l. 3. C. de nignorib.
41 Reus conventus rei vindicatione negans possidere, & victus de mendacio, non appellat.

- 42 Appellatio est prohibita in singulis speciebus adipiscende possessionis.
43 Salvianum interdictum est ut illissimum, & merè possessorium, quod ad coelum exclamant Doctores.
44 Salvianum interdictum competit fundi domino contra colonum, ut adipisci possit possessionem earum rerum, quae illata sunt in fundo. Et ideo competit pro pensione fundi locati, & hoc est directum interdictum, ibid.
45 Salvianum interdictum utile datur etiam domino contra conductorem praediorum urbanorum.
46 Salvianum interdictum competit cuilibet creditori habenti bona sui debitoris obligata etiam tacite & ex quacumque causa.
47 Duo contraria opiniones referuntur, ibid.
48 Salvianum interdictum est remedium summarium, in quo de sola possessione tractatur. In hypotheca probari debet de dominio vel quasi debitoris, ibid.
49 Salviano utens non tenetur probare, rem hypothecam fuisse in bonis debitoris, sed illam possidisse.
50 Salvianum interdictum non admittit exceptiones respicientes defectum pignoris, maxime requirentes altiorem indaginem, secus in hypothecaria, ibid.
51 De pluribus speciebus Salviani interdicti, & differentiis inter illud, & actionem hypothecariam, remissive.
52 Salvianum interdictum ita se habet ad actionem hypothecariam sicut possessorium ad petitorium.
53 Salvianum interdictum tanquam merè possessorium non admittit appellationem suspensivam, secus actio hypothecaria.
54 Uti possidetis remedium retinende non recipit appellationem.
55 Recuperanda possessionis remedium non admittit appellationem.
56 Retinenda in singulis speciebus non admittitur appellatio. Prout in interdictione vis fiat, ibid. interdicto utrobi, ibid. interdicto de superficie, ibid. interdicto de itinere actus privato, ibid.
57 Retinenda in edicto non cadit attentatum.
58 Recuperanda possessionis interdicta non admittunt appellationem.
59 Recuperanda singulae interdictorum species non recipiunt appellationem, remissive.
60 In Regio quado possit a possessorii ordinariis appellari.
61 Possessoria iudicia summarissima preparatoria possessorii ordinarii, non recipiunt appellationem.
62 Appellatio a possessorio merè licet non admittatur, intelligitur quoad suspensivam duntaxat, non vero quoad devolutivam.
63 Doctores qui hanc opinionem tenent referuntur.
64 Doctores qui tenent appellationem esse prohibitam in possessorii quoad utrumque effectum, referuntur, & refutantur.
65 Appellatio si foret prohibita in possessorio quoad utrumque effectum, vera foret opinio dicentium, a qualibet eius interlocutoria esse permisa quoad utramque.
66 Appellatio quando est prohibita a diffinitiva quoad suspensivam duntaxat, prohibita intelligitur etiam qualibet interlocutoria incidenti.
67 Appellatio admittitur iure Canonico a sententia lata super merè possessorio.
68 Remedium possessorium ex c. redintegranda, siue sit intentatum in foro Ecclesiastico, siue seculari, datur appellatio suspensiva.
69 Et de ratione.
70 Privilegio aut aliqui iuris dispositione qui uti vult, ut debet uti cum omnibus suis qualitatibus.
71 Aeguidiana constitutio dicitur, hodie licere exequi priamam

- sententiam latam super quo libe remedio possessorio, etiam appellatione pendente.
72 Aeguidiana constitutio est coarctata & limitata ad certas causas, & certas personas.
73 Aeguidiana non habet locum nisi in statu Ecclesiastico Sedi Apostolicae subiecto.
74 Aeguidiana non habet locum inter personas Ecclesiasticas.
75 Commissio super appellatione a Possessorio signatur cum clausula (sine prejudicio legitimi executionis) quatenus Aeguidiana locus sit.
76 Gratiani compuloratoris decretorum verba non habent vim canonis, nec canonizant iura civilia.
77 Appellatio non admittitur suspensiva etiam de iure canonico in possessorii summarissimis, prout in l. fin. C. de edicto divi Adria.
78 Celerem expeditionem ubi causa desiderat, etiam iure canonico denegatur appellatio.
79 Beneintendi, & aliorum opinio reprobat.
80 Possessoria remedia omnia summarissima, quae sunt preparatoria possessorii ordinarii, non recipiunt appellationem etiam de iure canonico.
81 Salvianum possessorium non admittit appellationem etiam iure canonico?
82 Possessorium non merum, sed mixtum cum petitorio admittit appellationem a toto.
83 Possessorium quando simul tractatur cum petitorio, istud ut potentius praeponderat, & absorbet possessorium, & attenditur, ut appellatio admittatur a tota causa & sententia.
84 De sententia mixtura habente, & de pluribus difficultatibus illa tangentibus, & quando ab illa totaliter appellari, & generaliter quando sua diversa qualitates prohibitive & permissive appellationis concurrunt in eadem sententia, quae attendatur, late, remissive.
85 Doctores generaliter loquentes de appellatione admittenda a sententia continente mixturam, intelligitur de mixtura propria possessorii & petitorii. Appellatio an sit admittenda a sententia complicata habente contraria qualitates, vide ibidem remissive.
86 Ad exhibendum condemnatus & ob non exhibitionem ad interesse potest ab interesse sententia appellare.
87 In iudicio possessorio, quo sit condemnatio ad interesse ob non facultatem rei restituenda, admittitur appellatio.
88 Appellatio ad admittatur in iurisdictionibus, & aliis quibus possessio iustificatur cum titulo, remissive.
89 Interdicti de aqua quotidiana & aestiva sententia, cum habeat admixtam causam proprietatis, recipit appellationem a tota.
90 Possessorium admixtam habens causam proprietatis admittit appellationem.
91 Possessor conventus ex l. si. G. de edicto divi Adria. asserit se heredem scriptum in testamento solemniter, & parem titulum ostendit, appellatio admittenda est quoad utrumque effectum.
92 Probabile quando fuerit dubitatio, quis duorum sit heres, necesse est, ingredi iudicium petitorium & appellatio admittitur.
93 Exceptio respiciens proprietatem, cum possit repelli si admittatur, de ea erit cognoscendum in possessorio, a quo iudicio tanquam mixto datur appellatio.
94 Possessorium admixtam habens causam proprietatis non dicitur momentaneum.
95 Statutum loquens de possessorio merè, non extenditur ad possessorium mixtum.
96 Salvianum interdictum quando possit habere mixturam proprietatis, ut appellatio admittatur.
97 Possessorii sententia continens condemnationem fructuum, duntaxat aut interesse, & quando recipiat appellatio. Appellatio quando admittatur in possessorii, vide remissive Salgado de Prote. Reg.

- siue, ibidem.
98 Possessorium licet mixte tractatur in iudicio si a me super possessorio duntaxat feratur sententia, appellatio non suspendit eius executionem.
99 Possessorium agitur per viam contractus, admittit appellationem quoad utrumque effectum, & n. seqq.
100 Fallit quando ad rei possessionem agitur vigore iustitruenti guarantigati.
101 Condemnatus principaliter & immediate ad possessionem tradendam vigore contractus appellat. Quia nullum superest petitorum condemnato & obligato contra pactum & obligationem, ibid.
102 Possessorio deducto in stipulatione cuius vigore quis condemnatus est appellare licet.
103 Et idem quando quis peti defendo se investiri, quia agit ex contractu.
104 Condemnatus ad libere dimittendum possessionem appellat, quia continet mixturam.
105 Possessio capta vigore pacti (de ingrediendo propria auctoritate) est valida etiam non obtenta sententia declaratoria.
106 Possessionem ingredi quis potest propria auctoritate, urbanus facit ad eundem iudicem.
107 Ad possessionem ubi non est actus vigore contractus principaliter sed vigore clausulae constituti, vel pacti de ingrediendo propria auctoritate, appellatio non suspendit.
108 In possessorio si agatur ad caducitatem non principaliter, sed incidenter & accessorie, non admittitur appellatio.
109 Ad possessionem ubi agitur non principaliter ex contractu sed vigore clausulae constituti in eo appositae, appellatio non suspendit.
110 Quia tunc debitor nolens tradere possessionem videtur spoliare.
111 Quorum bonorum utili interdicto petente folio fundi investituram non licet appellari.
112 Questio accessorie & incidenter deducta super validitate scripturae in possessorio principaliter intentata, non tollit.
113 Titulum ostendens ad consequendam possessionem petitam non dicitur agere possessorio mixto.
114 Sententia continens causam falsitatis non exequitur in bonorum possessione secundum tabulas petita.
115 Gravamen illatum in sententia possessorii si reparari non potest per petitorium, admittit appellationem suspensivam. Condemnato ad possessionis restitutionem, competentiretentionem duntaxat, licet appellare, ibid.
116 Possessorium iudicium motum contra detentatorem, qui non potest petitorium movere, ut puta commendatarium admittit appellationem.
117 Et eius doctrina plura redduntur exempla, remissive.
118 Possessorium summarissimum est preparatoriam possessorii ordinarii. Possessorium summarissimum, & eius interlocutio durat usque quo lata sit sententia diffinitiva in possessorio ordinario, ibid.
119 Prima sententia lata in possessorio ordinario contra obtinentem in iudicio summarissimo, non sit contra illum exequenda non obstante appellatione.
120 Sententia de aperiendo testamento non recipit appellationem quia celeritatem desiderat.
121 A mandato de evadendo domum, seu ut dicant de fractando, an liceat appellari.

H A V D possum non fateri, hanc tritam articulum, ex his quae variis in locis apud Doctores supra reperiuntur, vagantia, quae cum inter se pugnent carentia distinctione, illum, nedum difficilem; verum confusum, intricabilem reddat, quod ut P p evites